In l.1. idem in aduocato. vide Io. Fabr. in §. fi. inſt. quib. ex cauſis mand. non licet. Boſſ. de off. pec. corrupt. an teneatur hæres ad damna eiuam, & expenſas. vide l. Iul. ff. de iud. & quid ſi iudex fuerit filiusfamilias, uide l. ſi filius ff. de iud. latè Iſer. in §. ſi iudices. de pace iur. fir. ſi iudex iniuſtè iudicans fuit offenſus, an erit crimen læſæ maieſtatis. Iſer. in tit. quæ ſint regalia in verbo, & bona committentium nu.85.86.87. quod debeant ſeruari iura.

In Auth. nouo iure Tenetur ad damnum tantum, quando ex negligentia. Iſer. de controuerſ. inter dom. & emot. nu.9.

In l. fi. ſic negligens in puniendo, & non faciendo iuſtitiam, Iſer. poſt tex. in §. iudices de pac. iur. firmad.

Sententiam reſcindi non poſſe.

In l.1. quando factum prædeceſſoris poſſit per ſucceſſorem tolli. vide omnino pulcherrimam, & notab. diſtinc. per Alber. in l. digna vox ſupra de legibus.

In l.2. vide c.1. de litis conteſt. in 6. exceptio modificatiua etiam poſt ſententiã opponi poteſt. Minad. conſ.19 nu.6. ad practicã huius l uide Marantam, in ſuo Spec. in ver. nouum membrum contra ſententiam uel inſtrumentum iuratum, an poſſit opponi exceptio per emptorem conuentum ad reſtitutionem pretij, ꝙ tradatur res. Bar. in l. ſi duo §. ſi quis iurauerit, dicit, quod non: cuius contrarium aſſerit verius cõiter teneri. Dec. conſilio 119

In glo. feratur in fine. Iſer. de controuerſ. inueſt. nu 9. in fine.

In l. fi. Dec. in l. res iudicata ff. de reg. iur. & conſ. 198. & 295. 308. 544. numero 8.

De fructibus, & litium expenſ.

In l.1. vide quæ notaui ſupra de iud. l. properandum §. ſin autẽ alterutra no. quòd ſi debetur medietas fructuũ, intelligitur deducto onere penſionis. Dec. conſ.156. vide, quæ notaui in l. fructus ff. ſolut. matrim.

In l.2. in glo. accepit. vide l. generaliter ff de reg. iur.

In l.3. Socin. in reg.138. & 140 vide l. bonæ fidei ſupra de vſuris. recidiendo ſortem non habet facultatem petendi intereſſe: tradit Capella Tholos. deciſ.50. vide, quæ notaui in l. fi. ff. de eo, quod certo loco. no. quod ſi quis lite pendente ueniat ad concordiã cum parte, & nihil fuit dictum de expenſis, quod cenſeatur remiſſiſſe. Guido Papa deciſ.55. An renuncĩas liti cõdemnetur de fructibus pe. ceptis. Deciſ. Rutæ 158. in nouiſſime & ibidem Cappella Tholos.

In gl. competere vide Imolam in l. iudex ff. de re iud. Iaſ. in §. curare nu.47. de action. liquidantur vt notat. Affl. deciſ.35.

In l. fi. hæres intra tempus conficiendi inuentarium non poteſt cõ ueniri: bene alios ipſe conuenire poteſt. Bar. & Iacobin. in l. fi. § nonec ſupra de iur. delib.

In §. quoniam. vide l. petendæ ſupra de temp. in integ. reſtitut. & quæ ibi notaui. vide Dec. in l. non debet ff. de reg. iur. Iſer. quid ſit inueſt. nu.14 & quæ ſit prima cauſa §. ſed qui delator nu.46. extat ritus M Cur. quod a decreto aſſiſtentiæ ſi approbatur nõ retardetur exequutio quod idem ſi pars contra quam fuit primo loco iudicatum, & poſtea per appellationem obtinuit, quod non retardetur exequutio per appellationem vt ſeruetur æqualitas, vt fuit deciſum. Franchis deciſ.136.

De re iudicata.

In l ſub ſpecie. Bar. in l. admonend. in principio, & ibi Doctores ff. de iur. iur. limita hanc l. vt concedatur reſtitutio. uide Alex. conſ.69. nu.5. vol.3. Affl. in conſt. obſcuritatem nu.5. Bart. in l.1. ſupra de condic. ind. non reuocatur ſententia ſi reperiantur Inſtrum. Quid ſi fuit lata probationibus præſumptiuis; poteſt reuocari. Ang. hic, & uide Decium in l. prima in tertia lect. num. 64. ff. ſi cert. pet.

In l. ad ſolutionem. vide ſecum fidem ſupra de non num. pec. vide l quidam ex parte ff. de euiction. vide l. ſi aliquam ff. de acquirẽ. poſſeſ. & quæ ibi no. aui. Quid ſi vigore ſententiæ. S. C. fuit facta diuiſio inter fratres pendente appellatione & proteſtatione, quod ſalua ſit iura reuiſionis. Affl. deciſ.78. reſcriptũ cõtra ſententiam, quæ tranſiit in rem iudicatam, nõ valet Dec. conſ. 198. & procedit quando procurator peteret. uide Felyn. in c. quo ad conſultationem, de re iudi. a a Vrſill. ad Affl. deciſ. 178.

In l. fi. de teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriã. uide Iſer. in c.3. quo temp. mil.

De exequutione rei iud.

In l.1. vide ſupra de prol. ib. ſeq. l.1.

In l.2. no. quod licet contra inſtrumentum, vel ſententiam nulla poſſit opponi exceptio hoc intelligitur non procedere, quando eſſet liquidanda quantitas Bald. hic. & Socin. late conſilio 51. volum.1. quando petitur exequutio ſententiæ an ſit de re inſtan. Affl. deciſ. 345.

In l.3. Affl. deciſ.358. vide notata ad Bar. in l.1. C. de iur. dominij im petrand. vide Iaſ. in l. à diuo Pio §. ſi pignore nu.8. ff. de re iudi. not. quod per ſententiam quis efficitur dominus. Quid quando facta adiudicatione pendet reuiſio valoris rei ſuper qua fuit præſtita aſſiſtenti f uctuum cuius dicantur Affl. deciſ. 188.

In l. ſtipendia vide Tiraq. de retr. §.1. glo.7. num. 49. Fructus feudi etiam Affl. deciſ.76. cum poſſint tales res capi ergo in ſubſidium vide l. commodis ff de re iud. & quę ibi notaui. in c. paſtorales in ver. ſubtrahuntur de appell.

In l. ſicut proponis. ſententia, vel reſcriptum non valet. Dec. conſ. 198. no. ꝙ eſſet ſecus, quando eſſet commiſſa exequutio, quod faciat iuſtitiã, vel quando eſſet clauſula, ſi, & in quantum. vt Dec. in 4. conſ. 275 in princ.

In l. exequutorem. Quot ſint exequutores, vide Iaſ. in §. triplici de act. cum ſit exequutor, nec aliud debet facere, quã exequi: quid ſi in cauſa criminali ſciat condemnatum Innocẽtem, an contra conſcientiam ſuam debeat exequi. Iaſ. in §. ſi minus nu. 15. verſ. aduerte vero de actionibus eſt exequutor merus, Item mixtus quando eſſet perſona litterata glo. Pariſ. §.6. nu.4.

De

Digitized by Google

De vſuris rei iud.

In l.1. Sacrum Concilium Neapolitanum liquidat tãtum intereſſe paſſum, vel damnũ emergens, vel lucrum ceſſans vt habetur in deciſ. D. de Franch. 21. vbi quæ dicatur vſura centeſima.

In l.2. vide Couar. in reg. peccatum in prima relect. par. in princip. eſt neceſſe, quòd petantur iſtæ vſuræ alias non poteſt fieri exequutio, vt dicit Salyc. hic.

In l.fi. vide Minad. deciſ.19. & de intereſſe tertiarum vide add. ad Affl. 291. facit bona glo. in l. ſocium, qui in eo ff. pro ſocio. Cagnol. in l.1. nu.46. ſup. de ſentẽt. quæ pro eo, ꝙ intereſt Anna ſingu. 261. vbi allegat. Socin. conſ.41. vol.4. vbi etiã dicitur ad quã rationem ſoluatur hoc intereſſe.

In §. ſi etenim. vide l.fi. ſupra de vſur.

In §. & cum antiquitas. Affl. deciſ.182. uide Iaſ. in l. & ſuum hæredem §. hodie ff. de pactis, & Cyn. in l. quoties ſupra de precibus Imp. offerendis.

Si plures vnica ſententia cond. ſunt.

Ad rubr. nota, ꝙ attenduntur verba ſententiæ, & non contractus: ſed licet ſit ſententia nulla reſpectu rationis, tamẽ non eſt extincta actio, ſed põt denuo agere. vide hic. Paul. de Caſt. Alber. & Bar. in l. Paulus ff. de re iud. no. quòd non procedit in duab. vniuerſitatibus condẽnatis. ſi vna eſſet ditior altera: quia tunc teneretur pro modo facultatis. Alber. hic.

In l.1. Affl. deciſ.216. Bar. in l. Paulus ff. re iud. no. quod procedi-tur quã do petitio eſſet ſimiliter formata, vt ſententia ſecus quã do aliter eſſet facta petitio: cum ipſa poteſtas iudicis non poſſit extendi vltra petita à parte l. vt in fundus ff. com. diuid. ita refert. Bart. in l. ſi pluribus nu.1.2. ff. de leg.3. officiali ſtatuitur, vt interpretetur ſententiam: An vni, vel pluribus. Dec. conſ.43. nu.3. uocato patre & filijs intelliguntur etiam in vita patris. Dec. conſ.236.248.253. Bar. & DD. in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum. In emphyteuſi ſuccedunt pro virili etiam, ſecus quando eſſet dictum inſolidum. Dec. conſil.316. Soccin. conſil.30. volumine 1.

Quibus res iudicata non nocet.

In l.2. quando ſenten. iam contra vnum lata præiudicat alijs. Iaſ. in §. præiudiciales nu.27. de action.

Comminationes epiſtolas programm.

In l.1. vide quæ notaui in l.1. ſupra de prohib. ſeq. pecun. de iudice, dixit venias tali die: alias ſis priuatus, quòd non debeas priuari: idem ſi dixerit ſub pœna excommunicationis. Iſer. in c.1. nu.13. quo temp. miles.

In l.2. vide tex. in c. quia intentionis, de priuileg. Vrſil. ad Affl. in deciſ.128. col.4.

In l. Iudex vide. Iſer. quæ ſint regalia nu. 2.

In l. programma. ſic in dando curatorem, vel interdictionem, ſe cũ dum cauſæ cognitionem: non habet vim decreti: vide Bar. bene. in l. is cui bonis ff. de verb. obli.

Si ex falſis inſtr. vel teſt. iudicium ſit.

In l.1. vide l. ſi ex falſis ſupra de tranſact. Alex. in l. cum prolatis, ff. de re iud. DD. in c. inter vſuras de re iud. Dec. conſ.475. col.3. Maranta in Spec. aduoc.16. diſt. nu.38. vide Boſſ. in tit. de falſis nu.78. Quando ciuiliter ageretur poſſet vſque ad 30. annos. Boſſ. in tit. ſi ex falſis nu 7. ſic in eo, qui contraxit, & promiſit ſoluere ex cauſa inſtrumenti quod falſum appareret. vide l. qui agnatis ff. de re iud. ſic ſententia retractatur ſi teſtes fuerint falſi ſicut de teſtibus.

In l.2. vide Iaſ. in l. admonendi in repet. nu.10. ff. de iur. iur.

In l. fin. Iſer. de controu. inter uaſallum, & alium nu.16.

De confeſſis.

In l. vnica nota practicam Papien. ſ. l. 2. quòd confeſſio minoris ſine curatore non valet. vide l. Clarum ſupra de authorit. præſtand. ſi fiat confeſſio coram vno iudice non poteſt exequi corã alio uia exequutiua, niſi per litteras primi iudicis, coram quo eſſet facta cõfeſſio. vide Cyn. hic, & Bar. & alios in l. à diuo pio §. ſententiam ff. de re iud. Suarez in l. poſtrem. in verbo declaratio l. regni fol.68. cum ſequent. eod. titu. uide Iſer. in c. de controu. inter vaſal. & alium. De beneficio, de conceſſione iudiciali, vel extraiudiciali, & alia de hac re uide Lanfranch. ab Adria no 3. vol. tract. de confeſſis. confeſſus crimen famoſum, an ante ſententiam dicatur infamis. Abb. in c. at ſi clerici nu.16. extra de iud. uide, quæ notaui in l. ff. de interrog. action.

Res inter alios acta.

In l.1. vide l. circa ſupra locati quando ſententia lata contra feudatarium noceat domino ſuperiori; Item agnatis: uide Iſer. in §. ſi vaſallus de feudo. ſi de feudo defunct. milit. & in §. rei de inueſt. de re alias facta.

De relationibus.

In l. fin. Menoc. de arbit. iud. quæſt.67. nu.30. vide l. ſi hominem ff. mand. & interim officium iudicis inferioris ſilet vt in c. eſſet noſtrum de appell. & ideo præfertur de præbenda prouiſus à ſummo Pontifice, quam ab alio & de relatione cauſarum, quæ ſiunt per Magnam Curiam; vide Minad. in conſt. in aliquibus 6. not. Et quando ſunt conformes duæ relationes non dantur exequutioni. uide Affl. deciſ.47. & 126.

De appellationibus, & conſultationibus.

In l.1. uide l.1. infra de ambig. Gram. conſil.37. in ciuilibus, quòd iudex à quo nõ inhibeatur, niſi oſtenſis ſibi appellatione, & litteris dimiſſorijs, vt habetur in prag.3. de appellation. Appellãs ante ſententiam punitur. l.2. ſupra de epiſc. aud. No. quando debeat tractari prius cauſa ciuilis, quam criminalis, & econtra. Adde Paul. de Caſtr. in l. ſi de vi ff. de iudicijs. ſic prius interlocutoria, quam diffinitiua niſi ex conſenſu partium, vide Paulum de Caſtro in l.2. §. ſi iudex ff. de iud. Adde conſtit. regni incipiens ciuiliter.

In l.2. Capyc. deciſ.121. & differentiam inter appellationem, & recurſum, tradit Menoch. de arb. iud. q.70.

In l. præſes. An poſſit terminus appellationis in re feudali abbreuiari. Iſer. in c.3. nu.5. quo tem. mil. quid hodie in regno. Iſer. ibi nu.7. & dicit, quòd iudex à quo cognoſcit, & medebitur ſic ipſemet reſtituet minorem læſum Iſer. nu 8.

In l. eos, qui uide c. vt debitus honor de appel.

In §. ſuper his, vide quæ notaui in l. unica ff. de libell. dimiſſo.

In auth. hodie aũt ſecus in laudo dato, quia tunc licet quis per 30. annos. Bar. in l. ſocietatẽ §. arbitrorum ff. pro ſocio, & ita fuit decisum in S.C. vt refert. Affl. deciſ.132. Dec. conſ.39. quibus addas diſpoſitionem regiæ pragm. de arbit.2. impeditus, ꝙ non poſſit proſequi appellationẽ an habeat alium terminum. Dec. in c. ex ratione ex. de appell. & conſ.356. quòd ſic. Si procurator non reclamauit infra decem dies à ſententia. S.C. & non eſt ſoluendo, tunc dominus poteſt reclamare, & non currunt niſi à die ſcientiæ. Affl. deciſ.344. & quando poſſit dominus ibid.

In l hi, qui. Dec. conſ.295. col.2.

In l. ſi contra. An pars citari debeat. Dec. conſ.97. quod ſuper deſertione non ſit neceſſaria ſententia declaratoria Dec.436.

In l. quoniam. Iſer. in c.3. & 7. quo temp. miles. Quod ſi minor ſit læſus in non producendo proceſſum intra terminum ſtatutum, quòd poſſit apud iudicem appellationis petere reſtitutionem in integrum.

In l. a proconſulibus §. a perfectis. notat. Iſer. in conſt. intentionis in verbo exequutioni: qui dicit, ꝙ etiam in pœnalibus impeditur exequutio per appellationem.

In l. & maioribus. Notat Tiraq. de iud. in reb. exiguis facit in tex. in uer. tunc. An appellatio dẽfinat recipi à iudice à quo, & an ſit iuſta ſuſpicio Iſer in c.3. nu.8. quo temp. miles. ſi ſententia eſt ſuper poſſeſſio in, una cũ fructibus. non eſt momentanea poſſeſſio quo ad fructus, & non exequitur iuxta titu. ſi de moment. poſſ. fuerit app. c. Affl. deciſ.77. nu.2. Aſſeſſor an in dubio puniatur per errorem poteſtatis. Dec. conſ.8.

In l. quoniam la 2. no. ꝙ poſſunt reſiſtere miniſtri ſi iudex rem iuſtã non approbat, vt hic, & tamen licet inique iudicauerit debẽt ei obedire, ut in l. ſeruo inuito ff. ad Trebell. glo. declarat hoc, & rectè in l. non uidetur data §.1. de reg. iuris & ibi per Dec. nota, quòd in dubio ſemper debemus dicere appellationem potius adminiſtrandam quam contra. Dec. conſ.28. circa prin.439.500. nu.13. & conſil.49. in ver.4. neque cenſetur remota appoſitio ab iniquitate ſentẽtiæ, & cõſ.87. in fi. & c. ut debitus honor de appel. & l. quoties nihil. ff. de regu. iur. & conſ.356. Item ſtatutum prohibens appellationem: ſtrictè eſt intelligendum. Dec. conſ.360. ſtatutum prohibens appellationem a duabus ſententijs conformibus eſt odioſum, & non intelligitur prohibita appellatio a notoria nullitate, Dec. conſ.524. in fin.

In l. iudicibus. Maranta in ſuo Spec. in 6. par. uerſ. ſecundus actus nu.165. Iſer. in c. nu.6. quo tempore miles.

In l. cum poſt in fine. uide ad quod notatur iſte text. per Iaſ. in §. tripli nu.41. inſt. de action.

In l. ſi quis libellus ſtatim, nõ autem poſt ſententiam. Iſer. quæ ſint reg. in verbo pœnam.

In l. eidem.

Digitized by Google

In l. dictos. Iſer. in §. receptatoribus num. 31. de pace iur. firm.

In l. ſi appellationem. vide Iſer. in c. 3. per totum, & propriè nu. 7. quo tempore miles.

In l. præcipimus. Quando Barones faciunt plures iudices non poſſunt Io. Fab. in §. 1. inſt. de vulg. ſubſt.

In §. fin. in fine allegat Iſer. in Rub. 1. nu. 17. nota quòd quãdo vna lex eſt de contrario directa alteri dicitur illã corrigere, vt notat Iſer. in conſt. appellationum tempora in princ. quem refert Liparulus in tit. an Agnatus nu. 9. in ver. §. tribus, & in c. 3. n. 6. quo tempore miles. vide infra de nouationibus l. ſi.

No. quòd Princeps non præſumitur tollere ſtatutum ut in cap. 1. de conſt. in 6. Dec. conſ. 156. non cenſetur primæ diſpoſitioni derogatum per ſequentem, niſi expreſſe. Idem in ſtatutis priuilegijs, verbis inueſtituræ, & ſententiæ, & cuiuslibet diſpoſitionis. Dec. conſ. 168. 195. 358. 464. 520. in 2. dubio.

In l. in offerendis. in principio iſta quantitas inſpicitur à tenore ſententiæ. & hoc facit ad ſtatuta loquentia de ſumma aliqua intelliguntur ſecundum tenorem inſtrumenti potius: quam quod poteſt effectu percipi, vt hic Barto. vide omnino. Iaſo. in §. tripli in prin. de action.

In l. fin. uide gl. in c. cum ueniſſent in ver. obtulit de eo, qui mittitur in poſſ. ſi vnus appellat a certis grauaminibus, & alijs vt in actis, an poſſit proſequi alia grauamina nõ expreſſa. Rota in decis. 7. innuit quod non Capyc. deciſ. 5. nota ꝙ appellans non poteſt deſerere appellationem inuito appellato. vide Bellonum lib. 1. comm. opinion. fol. 23. allegat Gomes. de tricenn. q. 54.

In §. refutatorijs. vide Dec. in l. 2. ff. de reg. iur. de libellis refutatorijs, & Apoſtolis. uide, quæ notaui in l. unica ff. de libell. dimiſſorijs, & notat hic Bal. quòd breuitas commendatur: niſi ſequatur obſcuritas, quæ reprobatur, ut in l. ſi legatario §. fin. ff. de fideicõ. liber. l. ita fidei, ff. de iure fiſci. Præſertim in l. quæ debet eſſe clara 4. diſt. c. erit autem l. & c. ſi. & §. nos igitur in auth. de teſtam. in perſ. & aliam pulchram q. de notorio, uide hic per Bald.

De temporibus appellationum.

In auth. ei, qui quando poſſunt prorogari; vide Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cent. 5. caſu 446. & in Sacr. Conſil. currunt fatalia Gram. deciſ. 13. tempus quãdo currat impedito facto iudicis, circa appellationem. Ruyn. conſ. 138. uol. 5. nu. 4. vbi loquitur in fauorem appellantis. Appellationis cauſa infra quantum tempus finiri debeat. Ruyn. ſup. nu. 9. An requiratur proteſtatio, vel currat ipſo iure; Ruyn. conſ. 172. num. 7. & 12. vol. 4. vbi tenet pro appellante. Introductæ cauſæ in Conciſtorio Principis, non perit inſtantia. Ruyn. d. conſ. 172. nu. 11. Appellans debet ſollicitare, etſi eſt negligens ſibi imputatur Pariſ. conſ. 108. nu. 8. 4. uol. Appellans debet inſtare, non autem appellatus ibid. nu. 24. appellatio ut non dicatur deſerta quæ diligentia requiratur Corn. cõſil. 43. nu. 4 3. vol. fol. 55. Poteſt adiri ſuperior c. nullus & c. illud de iur. patron. c. coacerationi de appell. in 6. c. fin. de iur. patro. c. coarcetationi de appellat. in 9. c. fin. de iur. patron. glo. in c. ſi religioſus de elect. in 6. & 1. q. 7. c. niſi rigor. Appellans duo tenetur facere, proſequi appellationem, & inſtruere poceſſum, Itẽ poſt inſtructum ſollicitare iudicem, interpellare, & proteſtari. uide deciſ. Pedem. 12. 28. Curt. Iun. conſ. 24. num. 8. uide Philipp. Franch. in c. ex ratione nu. 10. & 60. de appell. tẽpus 50. dierum datum per conſt. appellationum tempora poteſt a iudice abbreuiari, ut ibi notatur per Affl. nu. 3. notat Ro. deciſ. 356. in tit. de appellat. Philip. Franch. in c. perſona nu. 9. de appell. impedito non currit tempus appellandi. Dec. in c. ex ratione de appell. q̃ ſi eſt legitimum impedimentum, tunc non currit tempus appellationis ſtatutũ. Dec. conſ. 355. ſi impedimẽtum eſſet ex parte aduerſa, tunc magis ſubuenitur. Elapſo anno, uel biennio appellatio dicitur deſerta, nec opus eſt alia ſententia declaratoria, Itẽ datur reſtitutio aduerſus deſertionem ex cauſa, vt paupertatis. Item non tantum, ſemel, ſed bis. Et an ſit inquirendum prius ſummariè de cauſa reſtitutionis 53. de damno. & an ſecunda reſtitutio concedatur ſine cauſa noua. & debet peti infra quadriẽnium. Dec late conſil. 436. & primus annus impedit ipſo iure ſententiam ſecus ſecundus, quia tunc debet, & poteſt opponi examinatio litis finitæ. Dec. in d. conſ. nu. 22. Propter timorem ſuperioris non appellans, non excluditur ab appellatione. Et an poſſit per uiam denunciationis Euangelicæ denunciare eccleſiæ vide Cur. Iun. conſ. 104.

In auth. ſed & lis vide Pragnu. 54. in tit. de off. Sac. Conſ. in conciſtorio Principis qualitercunque impedito non currunt fatalia. Affl. deciſ. 78. vide Luc. de Penna in l. ſi quis col. 6. infra de naufragijs lib. 11. Hodie in regno tenetur infra, quinquaginta dies præſentare proceſſum, & currunt a die ſcientiæ, etſi non præſentauerit conſentiente parte, an iudex poſſit pronuntiare non eſſe deſertam. Et quid ſi pars appellata procurauit, vt præſentet proceſſum; vide Affl. in conſt. appellationum tempora. An currant fatalia in S. C. ꝙ ſic vide Prag. 1. de appellat. ita deciſum refert Grammat. deciſ. 13. & non dicitur in conciſtorio Principis eſſe cauſam quando tractatur coram præfecto prætorio. Guido Papa deciſ. 135. De horum iurium intelligentia vide Marant. in ſuo Speculo in 6 par. in ver. ſecũdus actus nu. 178. vſque ad 195. Intellige hanc auth. vt quando eſſet introducta: ſi pars fecerit diligentiam alias ſi ſimpliciter ſupplicaſſet currerent fatalia Loffred. conſ. 14. nu. 71. 72. licet cauſa ſit introducta, oportet, ꝙ pars appellans faciat diligentiam. Alex. conſ. 19. nu. 3. vol. 1. Bal. hic, & Authen. ſi appellatione. Cur. Sen. conſilio 24. bene tractat articulum.

In l. per hanc. vide Afflic. deciſ. 6. 79. & ſic datur terminus ad non poſita ponendum. Iſer. in §. quòd ſi tempore de inueſt. feud.

In l. ſi. §. ſi tamen vide ſupra Auth. ſed, & lis.

In §. Iubemus in fine qualiter intelligitur hoc uerbum viſum in delictis; Boer. deciſ. 316. nu. 1. de huius tex. intelligentia uide Curt. Sen. conſ. 24. Alex. conſ. 19. uol. 1. nu. 3. quod quando appellatur ad ſuperiorem, qui eſt propinquus, tunc non probatur per iuramentum per hunc tex. alias ſic. Affl. deciſ. 79. tamen quando eſt modicum tempus, quo fuit deſerta appellatio ſolet ex eiſdem actis reuideri ibid. Affl. & deciſ. 243. in fi.

In §. fi. An reductioni ad arbitriũ boni uiri poſſit renuntiari. Dec. quod non data enormi læſione conſ. 60.

Quando prouoc. non eſt neceſſe.

In l. 1. declara, ut per Bar. in l. nam & poſtea §. ſi damnetur ff. de iur. iurando. Dec. conſ. 294. nu. 4. ſi ſententia eſt nulla iudex appellationis de nullitate tantum cognoſcit Dec. con. 483. iudex appellationis poteſt de nullitate iudicare. uide l. ſi. ff. de iur. patro. ſententia contra rem iudicatam non ualet. multa per Dec. in l. res iudicata ff. de reg. iur. & quod remedium contra rem iudicatam detur Marant. in ſuo Spec. 6. par. de appel. fol. 231. vide Sebaſtianum Vant. in tract. de nullitat. ſententia lata contra aliã quæ tranſiuit in rem iudicatam, non ualet. Et quid ſi oppoſita non fuiſſet exceptio rei iudicatæ. Et quid ſi de iuſtitia primæ ſententiæ conſtet ex verbis narratiuis. Dec. conſ. 198. col. 2. Iſer. in c. vnico nu. 9. ſi de inueſt. inter dom. & vaſall. Idem in cauſa criminali, & quando dicitur de nullitate. ibi Iſer. An poſt ſententiam poſſit fieri tranſactio, quando tranſierit in rem iudicatam. uide l. ſi cauſa cognita ſupra de tranſaction.

In glo. fin. nota ex iſta glo. quòd procedit libellus: in quo habetur, quòd ſententia ſit nulla, & quòd ab ea appelletur, vt per Dec. in reg. nemo ex his ff. de reg. iur.

In l. 2. Decretum latum ex falſa cauſa. Dec. conſ. 475. col. 3.

In l. venales. falſi, quando palam. Dec. conſ. 189. nu. 12. Iſer. quæ ſint reg. in uerbo, & quibus, vt indignis nu. 29. non procedit hæc l. quando eſſent à pluribus lata ſententia Menoch. de arb. iudic. caſu 343. ubi alia contra iudices corruptos, & eos corrumpẽtes.

Quorum appellationes non recip.

In l. 2. latro inſignis non appellat. l. conſtitutiones ff. de appellation. idẽ in crimine falſæ monetę. l. 2. infra de falſa mon. idem in raptu uirginis l. 1. §. quibus infra de raptu uirg. in conuicto, & cõfeſſo, an dicatur idem. Dec. in c. at ſi clerici de iuditijs. Quid in crimine læſæ maieſtatis. Iſer. in uer. quæ ſint reg. in verbo, & bona committentium crim. nu. 86. 87. quod non habeat locum in ſocio raptoris, niſi quando adeſſet vtilitas publica. Quando manifeſti proditores appellãt. vide Loffred. in c. ſancimus lo 3. quo tempore miles fol. 21. col. 1. & 2.

In l. ab exequutione. Iſer. de controu. inter vaſall. & alium nu. 16. & in conſt. poſt mundi Machinam: dum dicit, quòd exequutor poſſit cognoſcere de nullitate. vide Innocentium in c. propoſuit de conceſſ. præbendæ num. 5. Attenditur in exequendo ſtatutum iudicis exequentis non determinantis. Iaſ. in l. à Diuo Pio §. ſententiam ff. de re iud. de ſequeſtratione fructuum pendente exequutione ſentẽtiæ per appellationem quando diſparet poſſeſſor adde c. ſi. de ſequeſtr. fructuum. glo. Pariſ. §. 1. glo. 4 nu. 23. Marãta in Spec. in partium appellationibus nu. 145. licet regulariter à decreto de exequendo non appellatur tamen procedit quando ſententia exequeretur contra illum, contra quem fuit lata, alias ſecus. Capyc. 1. numero 17. An ſit neceſſe, quòd exprimatur cauſa ibidem.

In §. ſi. vide glo. in §. oportet. in Auth. de iudicibus in uer. ſciant, & ſtatim tenetur, cum ſit dictum appellationem non tenere. Affli. deciſ. 42. quid ſi peniteat, an euitet pœnam; Iſer. quæ ſint regalia in ver. pœnarum.

In l. ante ſententiæ tempus. vide l. 2. ſupra de epiſcopali audientia Iſer. in §. quod ſi veritatem. ſi de inueſt. feud. in quibus caſibus de

Digitized by Google

iure ciuili: ab interloquutoria, licet appellari; Guido Papa deciſ. 75. poteſt procedere iudex, non obſtante appellatione ab interloquutoria: vide c. non ſolum de appellat. in 6. Socin. in reg. 21. & 24. quid ſi ſubmiſit iudici ſuperiori, dicendo, & an eum recuſatum habere? vide Petr. Bellug. in Spec. Princ. fol. 175. in rubr. de præſidibus §. conquæruntur.

Si pendente appellatione mors int.

In l. 1. vide l. nullo ſupra de procurat. & quæ ibi notaui.

In l. 2. an hæredes poſſint appellare: vide quæ notaui in l. qui à latronibus ff. de teſt.

De his, qui per metum iudicis non appellant.

In l. 1. Iſer. de milite vaſallo, qui cõtumax eſt nu. 3. & de feud. guar. & Caſtald. nu. 10.

In l. fi. Dec. in reg. in omnibus pro facto ff. de reg. iur. tenet ibi nu. 12. quod nõ requiratur proteſtatio. Adde omnino. Tiraq. de retr. Lignag. §. 5. q. glo. 3. & vltima. & latius in modernis additionibus ad deciſ. Affl. 59.

In §. fin. vide c. ſi. de appellation. Dec. conſ. 219. in 4. dubio vbi quærit, an ſufficiat, ſi eſt clandeſtina, & an ſit neceſſaria de iur. canon. appellatio ut dicunt hic omnes DD.

Si vnus ex pluribus hæred.

In l. 1. dicit tex. ſi iudici: & ſic non parti ſemper ſtatur allegando iudices ſuſpectos, & quid finale: vt optime Iſer. de content. inter dom. & fidelem nu. 8.

In l. fi. Iſer. in c. imper. numero 5. vide l. communem ff. quemadm. ſer. amittatur.

Si de momentan. poſſ. fuerit appell.

In l. vnica vide, quæ notaui ſupra de appellat. l. Et maioribus. non impeditur propter ferias c. fin. de iudic. Cappell. thol. deciſ. 159. limita hanc l. non procedere, quo ad fructus præteritos. Affl. deciſ. 77. in fine. à poſſeſſorij decreto non appellatur ſecundum decretum, quando in proprietatis iudicium poſſit damnum reſarciri, ſecus è contra. Dec. conſ. 28 & in poſſeſſorio concluſio libelli attenditur. Et quando poſſeſſorium dicatur intentatũ: ibi. Dec. & quod diſpoſitio huius l. nõ habeat locum de iure canon. ibi quod habeat locũ in omni poſſeſſorio, licet agatur de poſſeſſione magnæ domus dicitur res parui momenti, & in cauſa poſſeſſorij admittitur leuis probatio. Dec. conſil. 56. & ibi quot modis probetur poſſeſſio. Admittitur unus teſtis probans poſſeſſionem, Item vel fama publica. Dec. conſ. 252. col. 1. in cã poſſeſſorij, requirit litis cõteſtatio. Dec. conſ. 302. ſufficit ſemiplena probatio in poſſeſſorio quia dicitur iudiciũ modici momenti. Dec. conſ. 663. cauſa poſſeſſorij dicitur minima Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cenſ. 1. caſu 72. nu. 18. & in remedio vltr. de retin. poſſ. nu. 4. & remedio 3. nu. 10. & in præludijs tract. de re integr. poſſeſſione nu. 24. ad materiam huius l. bene declarat. Bar. in l. 2. num. 3. ff. de appell. recip. Cappell. tholos. deciſ. vltima, nota quòd appellari poteſt à ſententia momentaneę poſſeſſionis ſed exequutio non impeditur. Affl. deciſ. 98. & 269. latius per Tiraq. tract. *le mort.* in 6. declaratione ſextæ part. ſi hæres habuit ſententiam pro ſe ex edicto D. Adri. toll. ſupra a qua non appellatur ad finem retardandæ exequutionis etiam de iure canon. quia licet appelletur quo ad deuolutionem, intelligitur non autem quo ad impediendã exequutionem. quæ concluſio non habet locum cõtra tertium ac etiam nõ procedit quando eſſet notoria iniuſta, vel eſſet lata ſine cauſæ cognitione. Item ſecus ſi aduerſarius ſimiliter aſſerat eſſe pariter ſcriptus in teſtamento, Item ſecus quando ex ſententia oriretur damnum irreparabile, & quid ſi iudex detulit appellationem, & non procedit reſpectu fructuũ, & intereſſe. Menoch. de adipiſc. poſſ. remedio 4. nu. 8. 6. q. 100. & quando damnum eſt irreparabile, tunc etiam admittitur exceptio dominij ibid. nu. 887. Minor poteſt intentare iudicium momentaneæ poſſ. l. fi. ſupra, qui legit. perſon. hab. ſtandi in iudicio vel non a ſententia lata ex ed. D. Adr. vel quorum bonorum non approbatur ſecundum vnam opin. tamen licet appelletur non retardatur exequutio vel quia hoc fit ne partes veniant ad arma, ex reg. æquiſſimum ff. de vſufr. vel quia poteſt in iudicio petitorio reparari: quæ quidem concluſio non procedit, quando haberet miſtam cauſam proprietatis. Item nec in poſſeſſorio iuriſdictionis quia mixtã cauſam habere dicitur de quo vide, quæ notaui in l. 2. ff. de interd. Item non procedit, quando creditor ageret hypothecaria, vel actione ad exhibendum, vel ex vi pacti appoſiti, quòd capiat poſſeſſionem. Item quando iure quis haberet poſſeſſionem. Itẽ appellatur quãdo ratio eſſet in promptu, vt puta ſi nullitas, vel iniquitas ex actis colligeretur. Item ſi quis appellaret ab aliquo incidente. Item à receptione, vel non admiſſione teſtium, quòd ſimiliter non retardetur exequutio. Bal. hic col. 2. verſ. & modo & Salyc. nu. 4. licet aliqui voluerint contrarium, vt refert Deciſ. Pedem. 25. & regulariter, quando eſt nulla, impeditur ſententiæ exequutio niſi requireret nullitas altiorem indaginem, ſecus vero ſi in promptu conſtaret. Iaſ. in l. 4. §. condemnatum in ſecundo not. num. 18. ff. de re iud. & habetur in deciſ. 25. in fine ubi nu. 20. dicit quòd in cauſa alimentorum dotis, & excommunicatione licet appelletur, non retardatur exequutio. Quod dicitur in cauſa dotis. idem in cauſa mercenarij, pro mercede Angel. ſupra in l. ſi quis, quorum appel. nõ recip. Et an in iſta cauſa habeat locũ reprobatio teſtium. vide Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo, & figura. Zuccard. in l. fin. nu. 299. & 302. ſupra de ed. Adr. toll. quòd non appelletur, vel ſi appelletur non retardetur exequutio vide regul. cum limit. per Zuccard. ibid. num. 432. vſque ad 452. ſi iudex proferat ſententiam, actorem non eſſe immittendum in poſſeſſionem iſto caſu appellaret. Iacobin. in l. fin. nume. 56. ſupra de ed. diui Adr. toll allegat Ang in d. l. quiſquis. Cã poſſeſſorij dicitur ſummaria, in qua nõ cõceditur repulſa teſtium. vide Marant. in ſuo Spec. in 9. diſtinctione nu. 17. fol. 52. 57. nota, quod minor poteſt ſibi præiudicare in iſtis poſſeſſorijs. vide l. momentaneæ ſup. qui leg. perſonam notat Anna alleg. 131.

In gl. fin. circa finem. Iſer. in c. 7. prin. nu. 27. de...

Ne liceat in vna eademque cauſa.

In rubr. quando nullitas eſt ex actis, etiam opponi poteſt aduerſus tres ſententias conformes. Minad. conſ. 20. nota quod dicit Io. Faber. in §. fin. inſtit. de vulg. & pupill. ſubſtitutione iſte titulus non habet locum in Baronibus: quia ipſi ſiue reges facerẽt plures iudices. exequutio trium ſententiarum conformium non impeditur per nullitatem allegatam. Clement. 1. de ſent. & re iud. fallit quãdo nullitas eſſet notoria ut puta ex defectu iuriſdictionis. Paul. de Caſt. in l. 4. § condemnatum ff. de re iud. Item fallit in cauſis criminalibus, & mandatur exequutioni etiam ſi eſſet interloquutoria nõ procederet cõtra teſtiũ qui opponeret nullitatem. Item non procedit, quando duæ eſſent conformes, & tertia, ſuper deſertione appellationis. Item ſi eſſent difformes in aliquo in alijs tamen exequutioni mandaretur. Item ſi duæ in maiori ſumma, & alia in minori: & pendente reſtitutionis cauſa nõ impeditur exequutio. Couar. in pract. c. 25. Socin. in reg. 328. Gabriel. lib. 2. cõm. opin. de exequutione ſententiæ concl. 4. non appellatur a decreto M. Cur. ſuper aſſiſtentia ad retardandam exequutionem in Prag. 2. de appel.

In l. vnica. ſtatutum tollens ſecundam appellationem eſt contra ius commune: & ideo reſtringi debet. Dec. conſ. 49. intelligitur iſta l. reſpectu vnius partis, ſecus ſi modo vna modo altera appellat quia licet vnus appellauerit, poteſt alter: & dicitur ſibi. Dec. conſ. 49. ſtatutum prohibens appellationem a duabus ſentẽtijs conformibus eſt odioſum. Dec. conſ. 385.

Qui bonis cedere poſſ.

In l. 1. non liberatur, ſed habet exceptionem. Iaſ. in §. fi. in princip. de action. An teneatur quis ſi ob extremam neceſſitatem rem alienam acceperit: & poſtea ad pinguiorem fortunam deuenerit: idem in eo, qui ceſſit bonis. Couar. in regula peccatum in 1. relect. par. nu. 2. & in 2. par. relectionis nu. 4. nota quòd hodie contra Neapolitanos non valet impetratio ceſſionis bonorum, neque moratoria, ut habetur in Prag. 1. in tit. de ceſſione bonorum, neque quis admittitur ad ceſſionem bonorum pro debitis ante annum contractis: vt ibi in Prag. 2. neque fieri debet modo ignominioſo, & qualiter debeat fieri; ibidem Pragm. 1. cedens bonis non dicitur infamis. l. debitores ſupra ex quibus cauſis infam. irrog. nec etiam conuertentia tenet contra Neapolitanos. vide deciſ. de Franch. 129. an quando ſit ignominioſa ceſſio liberet debitorem; vide Menoch. de arbitr. iud. in lib. 2. centur. 2. caſu 183. tenet, quòd ſic. allegat Guid. Papam: & alios latè Iaſ. in §. finali de actionibus.

In l. 3. Adde Iſer. quæ ſint reg. in verbo condemnatorum poſt numerum 50. debitor fiſci an poſſit cedere bonis; Iaſ. in §. fin. numero 14. de action. Afflic. deciſ. 265. nu. 110. in inſpectione, quæ ſint res feudales, & Burg. Iſer. de controuerſ. inter maſcul. & fęmin. numero 5. 6.

In leg. legis §. non tantum vel detur curator bonis vide Aymon. conſilio 213.

In l. cum, & filij fam. oportet, quod creditores inſtent. alias non admittuntur per hunc tex. Iaſ. in §. fin. nu. 17. de action. vide Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 1. adde. Iaſ. in §. actiones in princ. de action.

In l. fin.

Digitized by Google

In l. fi. Affl. deciſ. 378. & 288. quid ſi aliquis impetrauit quinquennale reſcriptum, an admittatur ad ceſſionem bonorũ. Affl. deci. 378. Exceptio quinquennalis nõ habet locum aduerſus depoſitũ vide Franch. deciſ. 151. An maior pars creditorũ obtineat, ut alij teneantur recipere bona in ſolutum. vide Franch. deciſ. 82. An includatur cauſa dotis, videtur deciſ. 219. eiuſdem. not. quod habemus plures caſus ſ. il. qñ datur moratoria a Principe debitori inf quod tempus nõ tenetur ſoluere, vt l. quoties ſup. de præcib. imper. offerend. & eſt neceſſaria fideiuſſio l. vniuerſa eo. ti. Item adeſt pactum remiſſionis debiti factum a creditorib vel a maiori parte, vt l. iuſgentium §. ti. & l. & iuũ hæredem §. hodie cum l. maiorem ff. de pact. Item adeſt pactum de nõ petendo vt l. acquirent §. fi. & l. ſeius & l. hæredi ff. cod. Item ceſſio bonorũ, vt hic, & dilatio quinquennalis. quod non tranſit ad hæredem videtur tenere. Franch. deciſ. 179. vbi quod non poſſit concedi dilatio circa perſonas tantum.

De bonis auth. iud. poſsid.

In l. 2. vide, quæ notat gl. in l. pen. ſupra de hæred. act. adulta.

In l. 3. illud beneficium habet contra cred. ante ceſſionem per hũc tex. Iaſ. in §. fi. nu 4. de actionib.

In l. ſi bona. An ſit neceſſarius curator. Dec. conſ. 400. nu. 6.

In l. pro debito. de creditorib priuilegiatis, uide late Ripam in l. ſi ventri §. in bonis. & §. eorum ff. de priuil. cred. in fi huius l. ibi pro rata debiti, uide Bald. & Salyc. hic, & quæ per Salyc. in l. fi. in fine ſup. depoſiti.

In l. ſi vxor, uide ad quæ per Dec. in l. ex qua perſona de reg. iur. hæredes non poſſunt contrauenire. Dec. conſ. 547.

In l. cum proponas An ſi facta eſt miſſio cõtra aliquem ex primo, & 2. decreto poſſit agere de præceptis ſpretis, vide Bal. in l. 1. §. fi. ff ſi quis ius dicenti non obtemper.

In l. fi. §. ſin autem, & poſtea agere, cum poſſit iudex laicus, vt Affl. deciſ. 24. Quid ſi fuit præſtita aſſiſtentia ſuper bonis obligatis, & non obligatis, an decretum vitietur in totum, vel in partem. Affl. deciſ. 218.

De priuilegio fiſci.

In l. 2. Minad. conſ. 18.

In l. pecunia, vide quæ notaui ad l. pupillus ff. quæ in fraudẽ cred. Affl. deci. 190 mulier, uel eius heres agens, vt reuocet pecuniam ſolutam etiam creditori an obtineat. Cap. deciſ. 78. Iſer. in ca. 3. quo tempor miles.

In l. ſi uide l. herennius ff. de euiction. priuilegium prælationis, an ſit ceſſibile, Iaſ. in §. fuerat nu. 122. de action. Affl. deciſ. 306.

De priuilegio dotis.

In l. vnica in gl. 2. in princ. vide §. his igitur in auth. vt ex primo dotis qui dirimit quod glo. hic dicit in uerſ. ſi autem ambo. Iaſ. in §. fuerat nu. 94. de action. Secus ad filios. notat glo. in l. etiam ff ſol. matr. & in auth. ſiue à me ſupra ad Velleyan. vbi etiam in l. hæres dicitur ad ipſos tranſire exceptionem Velleyan.

De reuocandis his quę in fraud. cr. al.

In l. 1. in verbo excuſſis. No. quod excuſſio eſt neceſſaria in omnib. debitorib. uide Iaſ. in §. 1. cum ſi quis in fraudem num. 68. de act. & ibi limitat hoc pluribus modis.

In l. 2. An poſſit frater conſtante matrim. reuocare id, quod ſoror habuit inofficioſe. Affl. deciſ. 86. Gram. deciſ. 90. Lup. in repetit. c. p veſtras §. 2. 1. ver. cõſtituẽda n. 4. & 9. fol. 217. & Frãch. deci. 104. quod ẽt in cõſtãtia matrimonij, qñ dos eſt exceſſiua nimis.

In l. filios. Dec. conſ. 274.

In gl. & quando liceat allegare turpitudinem propriam, vel patris Bar. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione §. fi. nu. 5 ff. de iure iur. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glo. in verbo accedit num. 15. & in tract. ceſſ. cauſa in 2. limit.

In l. ignoti. vide Iaſ. in §. Itẽ ſi qs in fraudẽ n. 33. de act. q. limitat.

LIBER OCTAVVS.

De interdictis.

In l. 1. Sine iudicis authoritate non poſſum in iſto, alias ſic, quando aliquid ſit in meo agro. Bar. in l. 1. §. nunciatio col. 1. ff. de noui oper. nunc. Dec. conſ. 221. nu. 5.

In l. 3. uide quæ notaui in tit. ff. uti poſſid. & in l. ordinarij ſup. de rei vendicatione.

Quorum bonorum vnde vi.

In l. 1. Dec. conſ. 498. diuerſum quando petit feudum per c. 1. ſi de feud. defuncti milit. vbi Iſer.

In l. 2. interdictum quorum bonorum, & ſic adipiſcendæ, an poſſit cum interd. retinendi intentari. Affl. deciſ. 118.

In l. fi. in fi. Dec. conſ. 424.

In gl. fin. quando incontinenti & in promptu apparet de dominio impedit hunc tit. Affl. deciſ. 14.

In l. 1. Iſer. in §. ſi autem omnib. poſt nu. 6. de pac. tenẽda talis prouocatus, ſi aliquem occidit mitius punitur. Affl. deci. 106. No. q de poſſeſſione retinenda, & reſtituenda iudex laicus ẽt inter clericos põt ſe intromittere, ut atteſtatur de iure Guido Papa deciſ. 1. & eſt in regno c. incipiens ad regale faſtigium. Couarr. in ſua pract. q. 35. Affl. deciſ. 24 & in conſtitutio de burgenſaticis. Et inſpicitur quis primo inſultauerit. Et qui aliquid poſtea facit, intelligitur ad ſui defenſionem, licet ſit diuerſa perſona, vt puta in patre, & filio. & licet alius ſit vulneratus cenſetur potius ad vindictam, intelligatur quando aufugerit, ſecus ecõtra. Dec. conſ. 459. Item habet locum pro defenſione extranei, uel ſocij, vel vaſalli Dec. conſ. 459. Item pro defenſione honoris: itẽ pro defenſione perſonæ, vel bonorũ. Item haberet locũ defenſio contra clericum, & aliam perſonam poſitam in dignitate Iul. Clar. pract. crim. §. homicidium nu. 20.

In glo. fin circa med. vltra Bar. & Bal. hic: vide plene. Gram. in voto 19 Iſer. in § ſi autem omnib. nu. 10. de pac. ten. Gram. voto 23. & conſil. 2. & 18.

In l. 3. Minad. deciſ. 37 uide Affl deciſ. 361. nu. 24. Dec. conſ. 282. n. 4. alias 283. Capyc. in inueſt. feud. in ver. feudum dant fol. 151. Ad intelligentiam iſtius l. cum omnib. huius tit. uide Marantã in ſuo Spec. in 7. diſtin. Afflic. deciſ. 116. Et quid ſi ſubreptitiè vnum capitulum, fuit impetratũ in reſcripto, an uitietur in totum reſcriptum, vide quæ notaui ſupra in l. & ſi legib. ſi qua ius uel vtil. publ. ſi aliquis per violentiam caſtrum occupauerit, qđ ad Principem ſpectabat, deinde princeps ex poſt facto ei confirmet quod intelligatur remiſſa pena, & vt recte poſſideri poſſit Dec. conſ. 185 col. 4. Sic in confirmationib. priuilegiorum, & inueſtiturarum, & quid ſi adeſt clauſula ex certa ſcientia. Capyc. in inueſt. feud. in verbo feudo. ũ confirmationes fol. 137. col. 2. 3. hodie in regno adeſt pragmatica 4. vna cum omnib. ſub tit. de poſſeſſorib. non turband quod habentes inueſtituras a prædeceſſorib. illius Regis: quod ſecure teneant. de cuius prag. intelligentia vide Loffr. conſ. 34 Piſanell. eam repetijt: manuſcripta vadit. a quib. non longe diſtant, quæ dicit. Afflict. deciſion. 403. vbi Vrſill.

In l. ſi de poſſ. ſtio. e. ſic agere debet, non tamen per violentiã Dec. conſ. 400. poſt num. 8.

In l. meminerint Loffred. conſ 47. Dec. conſ. 200. Minad. deciſ. 37. debet citari poſſeſſor q. i quando iniuſte. Dec. conſ. 191. in 2. dubio. ſemper in reſcripto intelligitur ſaluum ius alienum, vide Bal. in l. 1. ff. de conſtitut. Princ. & notaui in l. 2. §. merito ff. ne quid in loco publico.

In §. ſin autem. Iſern. in §. ſi vaſallus de feud. nume. 8. ſi de feud. defun. mil.

In §. fi. Iſer in §. item ſi clericus nu. 21. de cap. corr.

In l. ſi quis in tantam. vide Auth. ſed omnino ſupra ne vxor pro marito. verbum violenter actiue, & paſſiue intelligitur Bar. in l. 2. nu. 7 ff de duob. reis. Dec. contra conſ. 110. Quid ſi à iudice nõ potuit habere ius. vide Dec. in l. non eſt ſingulis de reg. iur.

In gl. 2. annuatar. Iſer. in c. 1. nu. 10. circa finem, quo tpe miles, & ibi addita n. 1. qd per ſentẽtia, quærit dominiũ directum. Quid in dominio vtili. Iſer. in c. 3 nu. 2. quo temp. miles, & in §. ſed nec alio iuſtior nu. 34. quæ ſit prima cauſa ben. amm.

In §. fi. Iſer. in §. ſi quis vero de pac. iur. fir. nu. 6 limita ſi poſſeſ. vacantem ceperit, vel bona fide fuerit capta. Alex. in l. naturaliter § nil commune nu. 13 ff. de acq. poſſ. uide quæ notaui in l. ſi qs ad ſe fundum inf. ad l. Iul. de vi publ. iſta l. habet locum etiã in feudalib. vt puta ſi dominus ſpoliet vaſallum. Iſer. de milite vaſalli; qui contumax nu. 11. vbi Liparul. in uer. ſi quis in tantam

In gl. fin. in prin. Iſer. in c. 1. nu. 10. circa finem; quo temp. miles, & ibi additio etiam domino. Dec. conſ. 339.

In l. ſi quando vis. vide DD. in l. actionib. ff. de in litem iur. vide omnino quæ notat. Iaſ. in §. ſequens de action. An iſte tex. habeat locum in vi ablatiua: & multa ad materiam huius l. vid. Doctores hic, & Iaſ. in §. ex maleficijs numero 90. Inſt. de actionibus. An damnum probetur per iuramentum. Et quid ſi ſtatutum hoc permiſerit. Dec. conſil. 83. Semper damnum habuiſſe debet probari. Et quid in qualitate damni. Semper dolus requiritur, alias non. Dec. ibi verſ. reſpondetur an habeat locum, quando non eſt dolus ibi in verbo tertio reſpondetur, & an ſie differentia inter furtũ, & dãnũ datum. ibidẽ in ſequentib. verb. ſi cauponi ſit data baliſia clauſa, & ſigillata, deinde redditur aperta, an poſſit iurare de rebus, quæ ibi erant. Bar. in l. 1. Afflic. furti aduerſ. nautas, & Iaſ. in §. ſequẽs. de actio. De hoſtio effractoan na.

an naſcatur inditium furti. Gram. conſ. 17. iſtâ probatio de qua in hac l. non habet locum contra tertios puta contra vniuerſitatem, quæ teneretur. Dec. conſ. 410. nu. 13 multa ad propoſitum tradit Boſſius in pract. crim. in tit. de Rapinis nu. 39. cum ſeq. neque tractatur per inſtrumenta de nouo reperta. Iaſ. in l. admonẽdi nu. 47. ff. de iur. iur. in verbo negocij qualitate Tiraq. in tract. de iudicio in rebus exiguis verſ. ex quibus poſſet videri: quando ſcriptura fuit ſublata, an ſtetur iuramento probato delicto, quo ad intereſſe. vide Bal. conſ. 80. lib. 3.

In l. non ab re. Nota, quod conditio ex iſta l. non habet locum in hærede conductoris in quo eſt iuſta cauſa ignorãtiæ: vltra Bar. hic vide Dec in regula, qui in alterius de reg. iur.

In l. fin. §. nos non permittentes. Iſer. de milite vaſallo, qui contumax eſt num. 8.

In § omnes autem vide Socin. in l. 1. nu. 25. de acq. poſſ. mala fides arguitur ſi aliquis occupat poſſeſſionem alterius. Et hæres nec poſſet præſcribere. Couar. in regul. poſſeſſor in ſecunda par. relect. §. octauo.

In § fina. quo iure ſunt tuti fures. Iſer in ca. 1 § ſi quis per 30. ſi de feud. contentio ſit, & in præludijs feudorum numero 31. Dec. conſilio 266. in fine.

Si per vim, vel alio modo.

In l. 1. Alex. in l. naturaliter §. nil commune nu 13. de acq. poſſ. & nota, quod in aliquibus caſibus, etiam re aliena poſſum poſſideri & vſucapi vide Bar. in l. rem quæ nobis in vlt. col. ff. de acq. poſſ. Iaſ. in §. omnium nu 72. de action.

In §. cui tamen Socin. in l. nat. §. nil commune nume. 6. cum alijs ff. de acquir. poſſeſſ.

In l. fi. vide omnino Dec. conſ. 410. poſt numerum 7. vide quæ notat Bart. in l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de rei vendicat. & quæ ad textum dixi.

Vti poſſidetis.

In l. vnica. vide quæ notaui ad tit. ff. eo. Affl. dec. 324. nu. 7.

De Præcario, & Saluiano interdicto.

In l. 1. creditori competit facultas apprehendẽdæ, petendæ, & retinendæ poſſeſſionis. Quando adeſt conſtitutum, poteſt propria authoritate. Brun. conſil. 1. col. 2.

In gl. fin. hæc gl. aſſignat differentiam inter ſeruianam actionem, & Saluianum interdictum. De prima & ſecunda vide latiſſimè. Iaſ. in §. Item ſeruiana num. 89 94 de action. & ibi diſputat concluſ. de qua hic per Bar. vtilius eſt præponere Saluianum, quã ſeruianam. Iaſ. in d. §. nu. 102. & in fi. Affl. deciſ. 383.

De ædificiis priuatis.

In l. 2. vide glo. in c. 1. qui ſint rebelles, vbi dicit ꝙ licet, domus ciuitatis dicatur eſſe in dominio priuatorum, attamen conſiderata ciuitate de per ſe dicuntur eſſe in dominio Principis.

In l. 3. ꝙ frequenter fit in eo. Iſer. in prælud. feud. nu. 25. & de feudi cognitione nu. 2. quid ſi probatur in oppidis conuicinis. Iſer. in c. imperialem §. præterea ducatus col. 3. nu. 37. & in rubr. de conſuet. recti feud. & c. Corradi ſimiliter nu. 16. per totum: & de controuerſ. inter maſc. numero 10. & quæ ſint regalia in ver. vectigalia numero 54.

In l. ſi vt proponis in glo. fi. Iaſ. in §. ſequens circa fi. de action.

In l. ſi is contra. vide quæ notaui in l. in fundo ff. de rei uend. quid de meliorationibus factis in re ſubiecta iuri congruo; vide Piſa ti de iure congr. in conſuet. ſi quis emit: in ver. aduerte.

In glo. ſi quis prohibitus extrahere, non prohibetur per tranſitũ tranſferre. Salyc. per hunc tex. Dec. conſ. 352.

In l. fi. vide l. fi. ſupra de leg.

De operibus publicis.

In l. intra vrbem. vide l. 3. §. reficere ff. de itin. actuque priuato.

In l. præſcriptio. Iſer. quæ ſint regalia in verbo palatia.

In l. ad portus vide l. ad inſtructionem. C. de ſacr. ſan. eccl. an poſſit quis reficere turres, & alia loca publica ſine licentia. Affl in cõſt. Caſtra Paris de reinteg. feud. in verbo pater fol. 106 nu. 6.

In l. ne ſplendiſſime Boer. in tract. de cuſtodia clauium nu. 46.

In l. omnes vide omnino. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. author. 2. nu. 27. & 44 vbi an vaſalli teneantur, vel tantum Baro ſuis ſumptibus faciat: vide Boer in 10. vol. tract. de cuſtod. clau. nu. 44. 45. 46. cũ ſeq. Quod domini terrarum non poſſint cogere ſubditos ad contribuendum ſine Principis licentia. No. quod pro cauſa neceſſaria vniuerſitates imponunt collectas Capy. de inueſt. feud. in verbo feudorum clauſula cum collectis fol. 119. Cui competat reficere muros ciuitatis: vel ad quem ſpectat cuſtodia clauium ciuitatis. Et an illi, qui habitant extra muros teneantur contribuere: Guido Papa conſ. 1. nu. 9.

In l. turres. quod ſi duo habeant rem communem: alius tenetur facere expenſas & per iſtum tex. vide quod per Iaſo. in l. diuortio §. fina. ff. ſoluto matr. & omnino Frecc. libro 2. auth. 130. ſeu 131. Quando Barones tenentur pro refectione caſtri. & an vaſalli teneantur.

De pignorib. & Hypothecis.

In l. 2. Adde cremens. ſing. 53. Neguſ. de pignor. in 2. memb. 5. partis nu. 51. iſta l. comprehendit etiam cauſam dotis. Minad. conſ. 18. vltra Bal. & Minad. in d. conſ. vide Neguſ. late in primo mẽbro octauæ partis nu. 23. cum ſeq. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 18. nu. 3. An limitet. l. iſta in caſu tantum, quando veniret creditor aduerſus alium creditorem, & non contra debitorem, vel extraneũ poſſeſſorem. Neguſ. ibi nu. 20. cum ſeq. & Couar. in ver. quinto aduertendum, & in ver. 6. a prox. intellectu. licet glo. & Bar. contrarium dicant allegantes, quod eadẽ ſit ratio; quę limitatio nõ procederet ſi poſſeſſor haberet inſtrumẽta cum clauſulis, quod pro obſeruantia ſint obligata bona vt declarat Neguſan. poſt num. 20. in fi. Et quod dictum in cauſa dotis: idem tradit Ripa in l. ſi priuilegia nu. 19 ff. de priuilegijs cred. a nu. 56. cum ſeq. & dicit multa ad propoſitum huius l. Iſte tex. non habet locum qñ in inſtrõ eſſet dictum dummodo generalitas ſpecialitati nõ deroget, & ſic eſt contra Caſſan. in catalogo glo. mundi 12. par. conſid. 59. fol. 327. In ibi, quid ſi eſſent annui redditus venditi, ad ſit hypotheca generalis, vide deciſ. Pedemontanam 159. & Franchum deciſ. 5.

In l. creditores An per hãc clauſulam poſſit peti ſequeſtratio. Cur. de ſequeſtr. 4. vol. q. 22. uide quæ notaui ad materiam huius l. in l. creditores §. poſt diuiſiones ff. qui potior. vide l. pignoris ſupore de pignorat. act. vide Idem in domino intrãre in poſſeſſionem feudi ait Iſer. per hunc tex. c. 1. num. 11. verſ. ſi vero quo tempore miles. ſi creditor eligit viam iudiciariam, an cẽſeatur renũciare huic poteſtati. Dec. conſ. 146. in 2. dubio. Poteſt quis ingredi poſſeſſionem rerum debitoris ex vi pacti cum familia iudicis etiam parte non citata, ac etiam contra hæredem, quando eſt notorius hæres. Affl. deciſ 322. Baro an poſſit propria authorit. capere poſſeſſionem rei vaſalli ſui. Bal. in l. 1. ſupra vnd. vi. Iſtud ius exequutiuũ an poſſit cedi, tenet Bar in l. 1. §. fide de oper. noui nunt. Gln Parif. §. 1. gl. 3. fol. 22. quod non procedit ſtante ſolutione facta creditori cedenti. Dec. conſil. 449. in fi. De eo, qui petit aſſiſtentiam. uide omnino Marantam in ſuo Spec. in ver. 8. actus nu. 12. fol. 122. a tit. Quando ius illud exequutiuum poſſit exerceri contra ſingularem ſucceſſorem. Ant. Gabr. lib. 5. comm. opin. in tit. de acquir. poſſ. concl. 1. §. qui amplitat, & limitat, quãdo poſſit, & quando non. An poſſit filius facere propria authoritate actum, vt creditor, uel hæres Part. in l. gerit nu. 21. de acq. hęr. Paul. de Caſtr in l. 1. ſupra de repud. hæred.

In gl. 1. in fine. Iſer. in 1. tit. quib. mod. feud. amit. nu. 33. verſ. ſed ſi pacis cauſatur. Et quæ ſit prima cauſa nu. 39.

In glo. 2. vide quæ notaui in d. l. obſeruare.

In l in ſumma. vide quæ notaui ſupra ſine conſ. vel reliq.

In l. quamuis. vide Capyc. deciſ. 33. & notaui in l. grege §. etiam ff. eo.

